

R. p. Benedictus Müller*, Augustanus. Praeter literaturam, quam optime callebat, et musicae compositionis peritus fuerat. Musicalia edidit varia artis non exiguae aestimationis. In concionando gravis, facie et loquela erat affabilis etc. Mortem subiit anno 1714. 18. Aprilis, aetatis 36.

R. p. Georgius Schueler**, Kenzinganus. A rev. dom. abbate Paulo susceptus monachum induit. Exercitia varia religioso congrua saepius clam repetiisse in comperto est, sed quoniam ea occulte fiebant, idcirco eodem modo recenseri nequerunt. In extremis dum esset, in haec erupit subito verba: „o creatura, brevi ad iudicium dei.“ Quibus prolatis paulo post animam exhalavit, susceptis prius de more ecclesiastico sacramentis, anno 1716. 21. Feb., aetatis 29.

R. p. Josephus Anselm***, Friburgensis Brisgoius, emissa professione religiosa Argentanum mittitur, ubi cum aliis curriculum studiorum confecit magnam promerendo laudem. Postmodum per 12 circiter annos parochiam in Ringsheim administrabat, inde domum revocatus culinae praeficitur, quo in officio infirmitate correptus, mortem imminere prospiciens, consuetis de more ecclesiae sacramentis provisus, libato singulis pacis osculo ac petita offensarum venia, antequam animam exhalavit, ingemuit dicens: „utinam semper in eremo vixissem!“ et brevi post spiritum emisit anno 1720. 20 Februarii, [aetatis 44.]

F.¹ Michaël Ortlieb†, conversus laicus. Fidelis servus et prudens, quem constituit abbas super pistrium et molendinum, erat Michaël. Suae curae commissa

¹ Hier ist in der Hs. S. 18. das Porträt des Bruders Ortlieb, von P. Fortunat Weber 1719 gemalt, beigelegt.

* Stöber gibt a. a. D. p. 255 auch eine Biographie von B. Müller, dessen Geburtstag er auf den 17. März 1678 setzt. Als Ursache seines Todes nennt er den morbus Hungaricus. Ueber diese Krankheit handeln die Gengenbacher Annalen ad ann. 1675. Ferner muß hier auf die 1637 am Bodensee und in Franken herrschende Krankheit, welcher man auch den Namen morbus Hungaricus beilegte, verwiesen werden, von welcher unten bei der Lebensgeschichte des Abtes Christoph Sahn von Schöntal ausführlicher gehandelt wird.

** Auch von Schueler gibt Stöber a. a. D. p. 255 eine Lebensgeschichte und setzt darin seinen Geburtstag auf den 4. Febr. 1687. Er sagt, wegen seiner Frömmigkeit erhielt P. Schueler den Namen der „gute Religiose“ auch noch nach seinem Tode. Das Uebrige hat Stöber hier aus Will entlehnt.

*** Stöber a. a. D. p. 259 widmet ihm auch eine kurze Biographie und setzt darin seinen Geburtstag auf den 28. Okt. 1676.

† Stöber, welcher a. a. D. p. 325 auch einen Abriß des Lebens von Bruder Michael gibt, sagt, Ortlieb sei in Todtnau i. Schw. 1660 geboren worden und habe 1699 Profefß gethan.

solicite custodivit, seniores suos sincere coluit, in orando, meditando, laborando, vigilando strenuus fuit, unde etiam a cunctis diligebatur. Infirmus igitur dum esset amisque onustus, ad mortem se praeparare ut posset, e molendino, ubi suum pro illo tempore habebat domicilium, in conventum, inter suos moriturus esse volens, ferri petiit. Quod et factum. Ubi tandem tranquille et pie in domino obdormivit anno 1724. 12. Septembris.

R.¹ p. Franciscus Sommervogel*, Kuppenheimensis, natus anno 1667. 16. Octobris a rev. dom. Francisco, abbate Eltoniano, adhuc puerulus susceptus, literas in monasterio didicit ab eodemque Francisco exacta pueritia in s. religionem admissus ipsius nomen haereditavit. Argentinae postmodum philosophiae ac theologiae cursum confecit, in cuius fine publicas theses rev. dom. abbati Mauro, Francisci successori, dicatas, defendit cum laude. Tibicen, cantor ac chelista erat ex asse perfectus. Officium cellerarii magni ac archimagyri ad 12 annos administravit, subprioris demum munere perfunctus horas canonicas, tam matutinas quam diurnas, praescripto tempore summo studio ac sollicitudine frequentabat. Multas temporum et bellorum injurias fuit perpessus. Hydropo dein diu laborans, in divinam voluntatem optime resignatus atque omnibus ecclesiae sacramentis rite munitus, circa horam decimam nocturnam die 21. Augusti placide exhalavit animam, anno aetatis 62, professionis religiosae 44, sacerdotii 36, Christi vero 1729. — Primus fuit, qui in habitationis neo - exstruendi monasterii vitae decimas morte solvit.

R.² p. Augustinus Schweighardt**. Locus Sueviae Papenhausen*** dictus illi patria fuit, ubi primo conpexit diem anno a Christo nato 1658, feria secunda pentecostes. A rev. dom. abbate Francisco huius monasterii religiosorum coetui anno 1675, die 15 Januarii, solenni professione fuit aggregatus, sub quo pariter s. primitias in s. Landelini basilica celebravit. Quando prius studia, tam philosophica quam theologica, quibus hoc in loco operam dare coeperat, ob multiples autem

¹ Hier ist in der Hs. eine Zeichnung des Porträtes des P. Sommervogel von P. Fortunat Weber 1719 verfertigt, beigelegt.

² In der Hs. ist hier P. 20 das von P. Fortunat Weber gezeichnete Porträt des P. Schweighardt beigelegt.

* Stöber hat a. a. D. p. 261, 62 diese vita geradezu abgeschrieben.

** Die von Stöber a. a. D. p. 260, 61 mitgetheilte Lebensgeschichte von Schweighardt ist von dieser hier wörtlich abgeschrieben.

*** Papenhausen im bayerisch Kreise Schwaben-Neuburg gehört den Grafen Fugger-Papenhausen.